



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel  
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo  
Distribvta**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§. 7. Immisericordis, erga pauperem, vsurarij pœna.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

Ipsum fuisse famosissimum latronem, in cuius proscripti caput, centum aurei à magistratu erant promissi. Defertur res ad Urbis Gubernatorem, inquiritur in mulierem cædis patratrixem. decernitur, illam centum aureos meruisse; qui proinde illi etiam numerati sunt. Iis & debito se exsoluit; & quod supererat, ad vitæ necessaria impenit. Quàm verè Deus est, qui saluum facit *Iob. 5. 19*  
*egenum à gladio, & de manu violenti pauperem?*  
 Quàm mirabiliter *Dominus mortificat & 1. Reg. 2.  
 vinificat, deducit ad inferos & reducit?* Noli te confidentiam amittere, ô pauperes, Deus vos de cælo aspicit; Deus necessitatem vestram probè agnoscit; Deus permittit, qui vobis insidentur: sed fortasse, per illos ipsos succurret, qui vobis imminent deuorandis, sæpe enim operatur *salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos.* *Luc. 1. 7*

## §. VII.

*Immisericordis, erga pauperem, usurari  
 pœna.*

Ostendit igitur, quamuis Deus potentes non *Iob. 36. 11*  
*abiecit, cum & ipse sit potens, tamen non salvat*  
*impios, & iudicium pauperibus tribuit, neque*  
*eos sinit abire impunitos, quibus dici potest: *Ierem. 13. 23**  
*in aliis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum.* *34.*

**Sal. 13. 3.** *perum, & innocentum,* Sunt enim veloci spedes eorum, & in modum Mercurij, ob talaria, alati, ad effundendum sanguinem, quorum manus ad dandum velocias esse debuissent. Sentiunt itaq; meritò manum Dei punientis, & curam pauperum singularem habentis. Qua de caussa ita præscripsit populo suo. *Aduenam non contristabis, neque affligi-  
eum: aduena enim & ipsi fuisti in terra Egyp-  
tii. Vidue & pupillo non nocebitis. Si leseri  
eos, vociferabuntur ad me, & ego audiām clamorem eorum: & indignabitur furor mei,  
percutiamq; vos gladio, & erunt uxores vestrum  
viduae, & filij vestri pupilli. Si pecuniam ma-  
trem dederis populo meo pauperi, qui habitat  
tecum, non urgebis eum, quasi exactor, mi-  
usuris opprimes.* Quas Dei minas non esse  
inefficaces ostendit tertiae viduae exemplū.

**Paul. Dia-  
con in  
vita S. Iu-  
uentij E-  
pis. c. 14.  
& Sur. 14.  
Septemb.** Memorat Paulus Diaconus, viduam fuisse, quæ paupertate pressa mucuam ab usurario pecuniam acceperat, sed magno suo malo, neque enim desistebat ille usuram identi- dem exposcere; quin & duplum exigeret eius pecuniæ, quam dedisset. Nullum era desertæ vspiam refugium, nisi ad S. Iuuen- tium Episcopum, singularem pauperum, viduarum, ac pupillorū patronum. Is post-

quæ

quam & viduæ calamitatem, & iniusti ex-  
actoris importunitatem cognouit, Diaconū  
suum Exuperantium cum eadem vidua, mi-  
sit ad creditorem, addito hoc mandato: *Va-*  
*de ad eum, qui hanc viduā crudeli exactione op-*  
*primit: admone eum vice mea postulationis,*  
dicens: Pater tuus rogat, sufficiat tibi, quod  
tuum est, nec exigas, quod minimè dedisti, ne  
id, quod habere videris, amittas. Si autem te  
audire noluerit, ecce ad tibi sumam pretij, por-  
rige ei, & reuertere. Paruit Diaconus, hemi-  
nemque aurum, vidua comitante, conue-  
nit, nihilque eorum, quæ mandata erant,  
omisit. Lapidem citius molliisset, quam ini-  
quum hominem. Sed exiguo lucro fœnus  
accepit. Eodem enim temporis momento,  
quo aurum ab Episcopo missum contigit at-  
que in manus sumsit, humili collapsus, mi-  
serissime expirauit. Duo hic expendi pos-  
unt, ira Dei, & cura Dei; cura pauperum  
& viduarum, ira in fœneratores. Tametsi  
enim licitum est, urgente necessitate accipe-  
re mutuum à fœneratore, non tamen licitū  
est istis, cum spe fœnoris mutuum dare. Il-  
los necessitas excusat, non item istos. *An-*  
*dent fœneratores dicere: ait S. Augustinus:* S. Augu-  
stin. in  
Psal. 128.

*Non habeo aliud, unde vivam. Hoc mihi &*

latro diceret deprehensus circa parietem alieni; hoc mihi & leno diceret, emens puellas ad prostitutionem: hoc & maleficus incantans mala, & vendens malitiam suam. Quidquid tale prohibere conaremur, responderent omnes, quia non haberent, unde vinerent, quia inde se pascerent quasi non hoc ipsum in illis maxime puniendum est, quia artem nequitiae delegerunt, unde vitam transigant, & inde se pascere volunt, non offendant eum, à quo omnes pascuntur.

## §. VIII.

*Ludouico Imperatore, erga pauperes, longe liberalior Deus centuplum reddens.*

Ado  
Chron.  
xt. 6. An.  
815.

Nonò, quod Ado testatur, de Ludouico Imperatore Caroli Imperatoris filio, planè Deo maiore iure tribuitur. Ludouicus, annis circiter viginti octo, quibus imperium gessit, non solum fuit eximius amator castitatis, promotor religionis, fautorq; Ecclesiasticorum; verùm etiam, in Gallia, Germania, Italia totoq; Imperio suo, legatos constituit, qui pauperum & oppressorum curam gererent, eorum caussas audiērent, ijsque iustitiam administrarent, atq; in omni necessitate succurrerent, Deus, non annis 28. duntaxat, sed à condito orbe, Angelos pauperū tutelares constituit, quin &